Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8447
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

quæ cum erat in fluxu sanguinis
ab annis duodecim quæ cum
medicos erogasset omnem
substantiam suam nec a nul
lo potuit curari: accessit re
tro et tetigit fimbriam vesti
menti eius et continuo stetit
fluxus sanguinis eius. Et ait
illis. Quis est qui me tetigit. Negantibus autem omnibus:
dixit petrus et qui cum illo
erant. Præceptor turbæ te com
primunt et affligunt: et dicis
quis me tetigit. Et dixit ihs.
Tetigit me enim aliquis. Nam
ego noui virtutem de me exisse.
Videns autem mulier quia non
latuit cum tremens venit et
procidit ante pedes illius et ob
quam causam tetigerit eum
indicauit coram omni populo.
et quomodo confestim
sanata sit. At ipse dixit illi.
Filia fides tua te saluam fecit.
Vade in pace. Adhuc illo lo
quente venit quidam ad prin
cipem synagogæ dicens ei.
Quia mortua est filia tua
noli uexare illum. Ihs autem
audito hoc verbo: ait prin
cipi. Noli timere credere
tantum et salua erit. Et cum ue
nisset in domum: non permi
sit secum intrare quemquam
nisi petrum et iacobum et ioh:
et patrem et matrem puellæ. Fle
bant autem omnes et plange
bant illam. At ille dixit. No
lite flere. Non est enim mor
tua puella sed dormit. Et de
ridebant eum scientes quia mor
tua esset. Ipse autem tenens ma
num eius: clamauit dicens.
Puella surge. Et reuersus est
spiritus eius: et surrexit conti
nuo. Et iussit illi dari man
ducare. Et stupuerunt parentes eius. Quibus præcepit ne ali
cui dicerent quod factum fuerat.

Dominica iii. Introit.

Respice domine et miserere
mei domine quoniam inimicus et
pauper sum ego inspice humilitatem meam et laborem meum et di
mitte omnia peccata mea. deus meus.
Ps. Ad te domine leuaui animam meam deus
meus in te confido non erubescam.

Oratio.

Protector noster inspice
deus supplicantium quoniam
nihil est ualidum nihil sanctum;
multiplica super nos misericordiam
tuam: ut te rectore te duce
sic temporalia transeamus ut bona tempo
ralia ut non amittamus et
æterna. Per. Lectio e. b. petri apli.

Omnes humiliamini sub potenti
manu dei. ut uos exaltet in tempore uisitationis.
omnem sollicitudinem uestram
iacientes in eum. quoniam ipsi
curæ est de uobis. Sobrii es
tote et uigilate quia aduersarius uester diabolus tanquam
leo rugiens circuit quærens
quem devoret. Cui resistite
fortes in fide scientes eandem
passionem eis quæ in mundo
eueniunt fratribus fieri. Ps. Aut